



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Ad P. Sfortiam Pallavicinvm S.I. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

A D
P. SFORTIAM
PALLAVICINVM S. I.

De historiâ Concilij Tridentini
ab eo scriptâ.

C Lara ducum soboles, bellatorumq; propago,
 Qui veteres forti nomine reddis auos;
 Tu licet abnueris Martem, & meliora secutus
 Palladijs iam celum artibus attigeris,
 Arma tamen fato generis te, duraq; bella,
 Atque triumphato laurus ab hoste manet.
 Indomiti vel nunc infracta superbia monstri,
 Totq; dabat populis qui modo damna furor,
 Quem nouus Alcides, & ferro aggressus & igni,
 Diuini extincti viribus ingenij,
 Quas peperit palmas! que venit adorea! quantus
 Inde tulit plausus nomen ad astra tuum!
 Ille quidem domuit postquam portenta, domari
 Postremam victor comperit inuidiam.
 Tu maior, simul indomitum certamine primo
 Et superas hostem, Sfortia, & inuidiam.

A D

IN